PHARMACOPOEIA
SIMPLICIORUM
ET
EFFICACIORUM,

IN USUM

NOSOCOMII MILITARIS,

AD EXERCITUM

Fœderatarum *Americæ* Civitatum

PERTINENTIS;

HODIERNÆ NOSTRÆ INOPIÆ RERUMQUE ANGUSTIIS,

Feroci hoſtium ſævitiæ, belloque crudeli ex inopinatò patriæ noſtræ illato debitis,

MAXIME ACCOMMODATA.

PHILADELPHIÆ:

EX OFFICINA STYNER & CIST. M DCC LXXVIII.

DISTINGUUNTUR asterisco medicamentorum formulæ, quæ apud commune operarium præparari et componi debent; cæteræ inte nosocomiorum officinas sunt extemporè miscendæ.

Plurimæ sunt formulæ solidæ et siccæ *quæ commodius vel saltem elegantius* liquidâ formâ *adhiberi possent, nisi defuerit imprimis phialarum copia et omnia, quæ minus efficacia, pro* recipientibus *vel causa elegantiæ tantum usui sunt, quales aquæ simplices, &c. variaque emplastra et unguenta vix necessaria aut utilia, transportandi incommodo vitare velimus.*

Lititz, *Mart.* 12, 1778.

PHARMACOPOEIA, &c.

PARS I.

MEDICAMENTA INTERNA.

1. AQUA ACIDULA, (*Poſca* Roman.)

REC. Aceti vinoſi, vel.
pomacei, *unc.* iv, vel
Pulv. crem. tartar. *drachm.* ii.
Aquæ fontanæ *lib.* iſs. Miſce.

Pro potu communi antiſeptico, *unc.* iv. 6ties die, vel ad libitum, ſumendæ:

Addi poſſint, pro re nata, ſpiritus vini tenuis *unc.* ii.

2. AQUA VINOSA.

REC. Vini Maderenſis *unc.* viii. vel
rubri *unc.* xii.
Aquæ fontanæ *lib.* i. Miſce.

 Pro

Pro potu--- in ſtatu ac decurſu febris caſtrenſis et malignæ utendo, ad vacillantem tonum corporis ſuſtinendum, *vireſque naturæ medicatricis* reſocillandas, evocandasque--- *unc.* iv. 6ties die, vel ſæpius ſumendæ.

3. Aquæ Hordeata, Orizata, ex Pane cocto, vel ex Pane tosto.

Fiunt priores tres coquendo hordei perlati, vel orizæ *unc.* ii. vel panis domeſtici *unc.* iv. in aquæ fontanæ *lib.* iv. ad dimidii conſumptionem, i. e. ad *lib.* ii; et *aqua ex pane toſto*, infundendo per ſemihoram panis toſti jam præ foco ferventis *unc.* iv. in aquæ fontanæ *lib.* ii.

Uſurpari poſſint hæc pro potu communi, et inter ſe mutari vel pro ægri deſiderio, vel promptuarii rerumque noſocomii commodo.

4. Aqua Calcis.

REC. Calcis vivæ *lib.* i.
Affunde gradatim
Aquæ fontanæ *cong.* ii.

Poſt

Poſt ebullitionem, ſubſidentiâ depuretur mixtura; deinde per chartam coletur, et in vaſis vitreis bene clauſis ſervetur.

Doſis a *lib* i. ad *lib.* ii. die.

Utilis eſt etiam in chirurgicis, pro lotione, ad ulcera mali moris, &c.

5. Bolus e Creta.

REC. Cretæ ppt *ſcrupul* i.
Laudani liquidi *gutt* v.
Mucilag. gum Arab. q. s.
Sumendus 2da 3tia vel 4ta quaque hora.

6. Bolus Volatilis.

REC. Sal C. C. volat. vel
Sal. ammon. volat. (*a*)
Camphoræ ana *gr.* v.
Conſerv. roſarum q. s.
Pro una doſi 3tia vel 4ta quaque hora ſumenda.

7 Fit

(*a*) Si deſit ſal volatile ad hunc bolum componendum, uti poſſint ejus loco ſal. ammoniac. crud. *gr.* x. cum ſal. tartar. *gr.* v. quo ſal volatile ammoniac. extemporè præparetur.

7. Fit etiam cum Opio, addendo

Opii puri *gr.* $\frac{1}{4}$

Eodem modo ſumendus.

8. Bolus e Rhæo cum Mercurio.

REC. Pulv. rhæi *gr.* xxv.
Calomel. ppt. *gr.* v.
Syrup. ſacchar. q. s.

Mane ſumendus.

9. Bolus Lixivialis.

REC. Sal. tartar. *gr.* x.
Conſerv. roſar. *ſcrupul.* i. M.

Ter quaterve die ſumendus.

10. Collyrium Vitriolicum.

REC. Vitriol. albi *ſcrupul.* i.
Aquæ fontanæ *unc.* iv. M.

Ter die utendum.

11. *Conserva Rosarum. *Pharm. Lond.*

12. De-

12. Decoctum Corticis Peruviani.

REC. Pulv. crafs. cort. Peruvian. *unc.* i.
Aquæ fontan. *lib.* iii.
Coque ad *lib.* ii. et cola.

Dofis ab *unc.* i. ad *unc.* iv. quaque, vel 2da quaque hora.

13. Decoctum Corticis cum Serpentaria.

Fit addendo decocto corticis Peruviani, fub finem coctionis,
Rad. ferpentariæ contus. *femunciam.*

Dofis ab *unc.* i. ad *unc.* iii. quaque, vel 2da quaque hora.

His utrifque addi poffit, pro re nata,
Elixir vitrioli acid. *drachm.* i.

14. Decoctum Corticis cum Vino.

Fit addendo decocto cort. Peruviani
Vini rubri *lib.* ii. vel
REC. Singulorum P. Æ. et mifce.

Dofis ut decocti cort. Peruvian.

15. De-

15. Decoctum Radicis Sarsaparillæ.

REC. Rad ſarſaparill. *unc.* iii.
Aquæ fontanæ *lib.* iii.
Coque ad *lib.* ii. et ſub finem coctionis adde
Rad. glycyrrhiz. *drachm.* ii.
Colaturæ doſis a *lib.* i. ad *lib.* ii. die.

Adde, pro re nata,
Vini antimonialis *drachm.* ii.

16. Decoctum Tormentillæ.

REC. Rad. tormentillæ contus. *unc.* i.
Pulv. C. C. C. *unc.* ii.
Pulv. gum. Arabic. *ſemunciam*
Aquæ fontanæ *lib.* iii.
Coque ad *lib.* ii. et ſub finem coctionis adde
Cort. cinnamomi contus. *drachm.* i.
Colaturæ admiſce
Sacchari albi *drachm.* ii.
Doſis ab *unc.* ii. ad *unc.* iv. ter quaterve die.

Adde, pro re nata,
Laudani liquidi *gutt.* xl.

17. Electa-

17. ELECTARIUM CORTICIS CHALYBEATUM.

REC. Pulv. cort. Peruvian. *unc.* i.
Rubiginis, vel limaturæ ferri ppt.
Pulv. canellæ albæ ana *drachm.* ii.
Syrupi q. s. M.
Dosis *drachm.* i. ter quaterve die.

18. * ELECTARIUM LENITIVUM. *Pharm. Edin.*

Vel, omittatur cassia fistularis,
et duplicentur tamarindi.
Dosis *drachm.* ii. mane.

19. ELECTARIUM LENITIVUM cum NITRO.

REC. Elect. lenitiv. *unc.* ii.
Pulv. sal nitri *semunciam.* M.
Dosis *drachm.* i. bis terve die.

20. ELECT. LENITIVUM BALSAM.

REC. Elect. lenitiv. *unc.* ii.
Balsam. capivi
Gum guaiac. ana *semunciam.* M.

Dosis *drachm.* i. omni nocte, vel mane et vespere.

21. ELECT. seu LOHOCH de SPERMATE CETI.

REC. Spermatis ceti *unc.* i.
Mellis *unc.* ii.
Balsam. Peruvian. *drachm.* *ss.* M.
Dosis *drachm.* i. 2da quaque hora, vel sæpius, urgente tussi.

22. Fit etiam, cum OPIO, addendo

Laudani liquidi *drachm.* i.

23. * ELIXIR PAREGORICUM. *Pharm. Lond.*

24. * ELIXIR VITRIOLI ACIDUM.

REC. Canellæ albæ
Rad. zingiberi ana *unc.* i.
Spiritus vini tenuis *lib.* ii.
Digere leni calore, et cola: Adde gradatim miscendo
Olei vitrioli *unc.* viii.

Mixtura

Mixtura ſubſidentiâ depuratâ coletur per chartam.

Doſis *gutt.* xxv. bis terve die, in poculo aquæ fontanæ ſumendæ; vel miſceri poſſit cum potu communi ad gratam aciditatem.

25. Enema Commune.

REC. Aquæ fontanæ calidæ *unc.* xii.
Salis communis *ſemunciam*
Olei olivarum, vel ol. ſem. lini, vel axungiæ porcinæ *unc.* i. M.

26. Enema Anodynum.

REC. Infuſi ſeminum lini *unc.* vi.
Laud. liquidi *gutt.* xl. M.

27. Epithema Vesicatorium.

REC. Unguenti baſilic. flav. ſuper alutam, linteum, vel chartam craſſè extenſi, q. s.
Aſperge
Pulv. ſubtil. cantharidum, q. s.
Poſt levem manu preſſionem, excute

 ſuper-

ſuperfluum pulverem unguento non hærentem:
Pauxillo aceti, madefactâ prius cute, applicetur.

28. Fotus Anodynus.

REC. Capit. papaver. hortens. *unc.* i.
Aquæ fontanæ *lib.* iii.

Coque ad *lib.* ii. et adde
Aceti *lib.* *ſs.*

Vel eidem quantitati aquæ calidæ et aceti adde laud. liquid. *drachm.* ii.

29. Fotus Spirituosus.

REC. Aquæ calidæ *lib.* ii.
Aceti
Spir. vini tenuis ana *lib.* *ſs.* M.

30. Gargarisma Commune.

REC. Sal. nitri *drachm.* i.
Aceti *unc.* ii.
Mellis *ſemunciam*
Aquæ fontanæ *unc.* vi. M.

31. Gargarisma Adstringens.

REC. Decocti cort. Peruvian. *unc.* vi.
Elixir vitrioli acid. *drachm.* i.
Mellis *unc.* i. M.

32. Haustus Anodynus.

REC. Laudani liquidi *gutt.* xxv.
Aquæ fontanæ *unc.* iſs.
Syrupi *drachm.* ii. M.

33. Infusum Chalybeatum.

REC. Rubiginis, vel limaturæ ferri ppt. *unc.* iv.
Rad. gentianæ contus. *unc.* ii.
Cort. Canellæ albæ contus. *unc.* i.
Vini pomacei veteris *lib.* viii.
Infunde per aliquot dies.
Doſis *unc.* ii. ter quaterve die

34. Infusum Seminum Lini.

REC. Sem. lini integr. *unc.* ii.
Aquæ bullientis *lib.* iv.
Sepone ad focum per horas duas, et cola.

Doſis

Dosis *unc.* iv. 6ties die; vel pro potu communi.

35. Infusum Sassafras.

REC. Radicis, ligni, vel corticis sassafras contus. *unc.* i.
Aquæ bullientis *lib.* iv.
Infunde per 4 horas, et cola.
Dosis *unc.* iv. 6ties die.
Addi possit, pro re nata
Vini antimonialis *semuncia.*

36. Infusum Serpentariæ.

REC. Rad. serpentariæ *unc.* i.
Aquæ bullientis *lib.* ii.
Infunde per 4 horas, et cola.
Dosis *unc.* ii. 3tia vel 4ta quaque hora.

37. Infusum Sennæ.

REC. Fol. sennæ *semunciam*
Fruct. tamarind. *unc.* i. vel
Pulv. crem. tartar. *semunciam*
Aquæ bullientis *lib.* i.
Infunde per horam, et cola.

Pro

Pro unâ dosi *unc.* iv. quaque semihorâ sumendæ; ad alvi solutionem.

38. INJECTIO MERCURIALIS.

REC. Unguenti mercurialis *semunciam*:
Solve in
Olei olivar. vel amygdal. d. *unc.* iv.

Utenda mane et vesperè, vel ter die

39. INJECTIO BALSAMICA.

REC. Balsam capivi *drachm.* ii.
Ol. olivar. vel amygdal. d. *unc.* iv M.

Utenda mane et vesperè, vel ter die.

40. LINIMENTUM ANODYNUM.

REC. Axungiæ porcinæ *unc.* ii.
Laudani liquidi *semunciam*.

Misce intime.

Ad hæmorrhoïdes; vel ad dolorem spasticum ægrè tolerabilem.

41. LINI-

41. LINIMENTUM CAMPHORATUM.

REC. Camphoræ *ſemunciam.*
Ol. olivarum, amygdal. d. juglandum, vel ſem. lini ſine calore expreſſi *unc.* ii M. s. a.

42. LINIMENTUM VOLATILE.

REC. Linimenti camphorati *unc.* ii.
Sp. ſal. volat. ammoniac. *ſemunciam.* M.

43. MAGNESIA ALBA. *Pharm. Edin.*

Doſis a *drachm.* i. ad *drachm.* ii.---Pro cathartico leni et utili, valente acido ſtomachi indigeno.

44. MUCILAGO GUMMI ARABICI.

REC. Gum. Arabic.. *unc.* iv.
Aquæ fontanæ *unc.* x. M. s. a.

45. * OLEUM RICINI, *Emptitium.*

46. PILU-

46. PILULÆ ALOETICÆ.

REC. Aloës ſuccotrin.
Saponis Hiſpan. ana. P. Æ:
Syrupi q. s.
Doſis a *gr.* x. ad *gr.* xxv.

47. PILULÆ AMMONIACÆ.

REC. Gum. Ammoniac. *unc.* ii.
Saponis Hiſpan. *unc.* i.
Balſam. capivi. q. s. M.
Doſis a *gr.* x. ad gr. xv. ter die.

48. PILULÆ ANTIMONIALES cum MERCURIO.

REC. Tartar. emetic. *drachm.* i.
Calomel. ppt. *drachm.* ii.
Syrupi q. s.
Formetur maſſa in pilulas 120.
Doſis i. omni nocte; vel bis terve die.

49. PILULÆ CALOMELANÆ.

REC. Calomel. ppt. *ſcrupul.* i.
Micæ panis *ſcrupul.* ii.
Syrupi q. s.

For-

Formetur maſſa in pilulas 20.

Doſis i. ii. vel iii. omni nocte, vel bis die.

50. Pilulæ Chalybeatæ.

REC. Sal. martis calcinati *drachm.* i.
Terebinthinæ venetæ *drachm.* iſs.
Pulv. gum. myrrh. q. s.

Formetur maſſa in pilulas 60.

Doſis ab i. ad iii. ter die.

51. Pilulæ ex Hydrargyro.

REC. Hydrargyri *drachm.* i.
Mellis *drachm.* i.

Tere ſimul in mortario marmoreo ad perfectam globulorum extinctionem:

Dein adde

Micæ panis q. s.

Formetur maſſa in pilulas 60.

Doſis i. vel. ii. mane, et ii. vel iii. veſpere, cum decocto rad. ſarſaparillæ--- ad luem veneream.

52. Pi-

52. PILULÆ e JALAPIO cum MERCURIO.

REC. Pulv. rad. jalapii *semunciam.*
Calomel. ppt. *drachm.* i.
Syrupi q. s. M.

Dosis a *scrupul.* i. ad *scrupul.* ii.

53. PILULÆ e SENEKA.

REC. Pulv. rad. senekæ *scrupul.* i.
Saponis Hispan. *semunciam.* M.

Dosis a *gr.* x. ad *gr.* xv. 6ties die.

Ad calculum--- vel ad febres intermittentes pertinaciores.

54. * PILULÆ ex EXTRACTO MYROBALANI. (a)

REC. Corticis, vel radicis myrobalani contus. q. s.
Aquæ fontanæ q. s.

Coque ut fiat decoctum fortius, et cola: Deinde per evaporationem leni calore peractam,

(a) Anglicè WHITE WALNUT, sive BUTTER-NUT.

peractam, more ſolito fiat *extractum molle*; ex quo formentur pilulæ *gr*. v.

Doſis a ii. ad v.---Pro cathartico leni, grato et efficaci; vi quoque tonicâ pollenti.

55. Pilulæ e Rhæo.

REC. Pulv. rhæi *gr*. xxv.
Pulv. aromatic. *gr*. v. vel ol. cinnamom. *gutt*. i.
Syrupi. q. s. M.

Pro unâ doſi---hora ſomni, vel mane ſumenda.

56. Pilulæ Foetidæ cum Aloe.

REC. Gum. aſæ fœtid. *ſcrupul*. i.
Aloës ſuccotrin. *gr*. v.
Mucilag. gum. arabic. q. s.

Formetur maſſa in pilulas 4.

Doſis a ii. ad iv.---Utenda in gravi ſtomachi flatulentiâ cum alvi conſtipatione, quæ aliquando in febre malignâ et caſtrenſi occurrit, ad flatum deorſum expellendum.

57. Pi-

57. Pilulæ Opiatæ.

REC. Opii puri *ſcrupul.* i.
Saponis Hiſpan. *drachm.* i. M.

Formetur maſſa in pilulas 20.

Doſis i. vel. ii. hora ſomni.

58. Pilulæ Piceæ.

REC. Picis liquidæ q. v.
Pulv. caſcarillæ q. s. M. s. a.

Doſis gr. xv. vel *ſcrupul.* i. ter die.

59. Pilulæ Saponaceæ cum Rhæo

REC. Saponis Hiſpan. *drachm.* vi.
Pulvis rhæi *drachm.* ii.
Syrupi q. s. M.

Doſis a *ſcrupul.* i. ad *ſcrupul.* ii. bis terve die.

60. Pilulæ Scilliticæ.

REC. Pilul. ammoniac. *unc.* i.
Pulv. ſcillæ aridæ *drachm.* iſs. M.

Doſis *gr.* x. vel *gr.* xv. ter die.

61. * PULVIS AROMATICUS.

REC. Canellæ albæ.
Rad. zingiber. ana P. Æ. M.
Fiat pulvis.

Dosis a *gr.* v. ad *scrupul.* i.

62. * PULVIS ALUMINOSUS.

REC. Alum. crudi.
Terræ japonicæ, ana P. Æ. M.

Dosis a *gr.* viii. ad *drachm. ss.*

63. PULVIS ANTIMONIALIS.

REC. Tartar. emetic. *drachm.* i.
Cretæ ppt. *unc.* i. M.

Dosis a *gr.* x. ad *scrupul.* i. pro emetico; vel a *gr.* ii. ad *gr.* viii. 3tia vel 4ta quaque hora, pro diaphoretico.

64. PULVIS ANTIMONIALIS NITROSUS.

REC. Tartar. emetic. *gr.* ii.
Salis nitri *drachm.* iii. M.

Dosis

Dosis a *gr.* xv. ad *drachm.* *ss.* 2da vel 3tia quaque hora.

65. Fit etiam cum Opio, addendo

Gum. opii *gr.* ii.
Eodem modo sumendus.

66. PULVIS CAMPHORATUS NITROSUS.

REC. Camphor. *drachm.* *ss.*
Sal. nitri *drachm.* ii. M.
Dosis a *gr.* xv. ad *drachm.* *ss.* 2da vel 3tia quaque hora.

67. Fit etiam cum Opio, addendo

Gum. opii *gr.* ii.
Eodem modo sumendus.

68. * PULVIS CORTICIS PERUVIANI.

Dosis a *drachm.* *ss.* ad *drachm.* i. quaque vel 2da quaque hora.

69. PUL-

69. PULVIS CORTICIS cum SERPENTARIA.

REC. Pulv. cort. Peruvian. *unc.* i.
Pulv. rad. ſerpentar. *drachm.* ii. M.

Doſis *drachm.* *ſs.* quaque, vel 2da quaque hora.

70. PULVIS CORTICIS cum OPIO.

REC. Pulv. cort. Peruvian. *unc.* i.
Laudani liquidi *gutt.* xxx.

Terantur ſimul in mortario ut intimè miſceantur.

Doſis *drachm.* *ſs.* quaque, vel 2da quaque hora.

71. PULVIS e JALAPIO cum CREMORE TARTARI.

REC. Pulv. jalapii *drachm.* i.
Cremor. tartari *ſemunciam.* M.

Doſis *ſcrupul.* i. 2da vel 4ta quaque hora, ut alvus leniter moveatur.

72. PUL-

72. Pulvis Guaiacinus Antimonialis.

REC. Gum. guaiaci *drachm.* ii.
Camphoræ *drachm.* ſs:
Tartari emetic. *gr.* iſs. M.

Doſis a *gr.* xv. ad *gr.* xxv. ter die.

73. Pulvis Guaiacinus Nitrosus.

REC. Gum. guaiac. *drachm.* i.
Sal. nitri *drachm.* ii. M.

Doſis a *ſcrupul.* i. ad ii. ter quaterve die.

74. Pulvis Nitrosus.

Eſt ſal nitri in pulverem redactus.

Doſis a *ſcrupul.* i. ad ii. 2da quaque hora.

75. * Pulvis Ipecacuanhæ.

Doſis *gr.* xv. pro emetico :--- vel *gr.* i. 4ta quaque hora, ad diarrhæam.

76. Pulvis Ipecacuanhæ cum Opio.

REC. Pulv. Ipecacuanhæ *ſcrupul.* i.
Gum. opii *gr.* v.
Cretæ ppt. *drachm. ſs.* Miſce intimè.

Doſis a *gr.* x. ad *ſcrupul.* i. ter die, ad diarrhœam;---vel *drachm. ſs.* hora ſomni, ut eliciatur ſudor.

77. Pulvis Scilliticus Nitrosus.

REC. Pulv. ſcillæ aridæ *drachm.* i.
Salis nitri *drachm.* ii*ſs.*
Piperis Jamaicenſis *drachm. ſs.* M.

Doſis a *gr.* v. ad *gr.* xv. ter quaterve die.

78. Solutio Emetica.

REC. Tartari emetici *gr.* v.
Aquæ fontanæ *unc.* v. Fiat ſolutio.

Doſis *unc. ſs.* quaque ſemihora ad vomitum.

79. Solutio Cathartica.

REC. Sal. cathartic. amar.
vel Glauberi *unc.* i.
Mannæ opt. *unc. ſs.* Solve in
Aquæ calidæ *unc.* iv. et cola.

Pro

Pro unâ doſi, duabus hauſtibus intervallo ſemihoræ ſumenda.

80. SOLUTIO MERCURII CORROSIVI SUBLIMATI.

REC. Mercurii corros. ſublimat. *gr.* xvi.
Aquæ fontanæ *lib.* i. M.

Doſis a *drachm.* ii. ad *ſemunciam*, mane et veſpere.

Utilis eſt etiam pro lotione phagedænicâ.

81. * TINCTURA CORTICIS PERUV.

REC. Pulv. cort. Peruvian. *unc.* ii.
Cort. aurantiorum contus. *unc.* iſs.
Rad. ſerpentariæ contus. *ſemunciam.*
Spiritus Jamaicenſis *lib.* iſs.

Infunde per 4 dies, et cola.

Doſis a *drachm.* i. ad *ſemunciam* bis, ter, quaterve die.

82. * TINCTURA OPII, vulgo LAUDANUM LIQUIDUM.

REC. Gum. opii *unc.* ii.
Piperis Jamaicenſis *drachm.* ii.
Spiritus vini tenuis *lib.* iſs.

Digere leni calore, et cola.

83. * VINUM ANTIMONIALE.

REC. Vitri antimonii *unc.* iv.

Teratur in mortario vitreo ut fiat pulvis; cui affunde

Vini Maderensis *lib.* ii.

Digere leni calore per decem dies; dein per chartam cola.

Dosis a *semuncia* ad *unç.* i. pro emetico; vel a *gutt.* xx. ad *gutt.* xl. 2da quaque hora, pro diaphoretico--- ad febres, &c.

84. * SYRUPUS SACCHARI.
Syrupus Communis, Pharm. Edin.

Vel, ejus loco uti possit syrupus empyreumaticus, ex insulis emptitius, *molasses* vulgo dictus.

PARS

PARS II.

MEDICAMENTA EXTERNA, ſeu CHIRURGICA.

1. * ACETUM LITHARGYRITES. vulgo EXTRACTUM SATURNI.

REC. Lithargyri lævigati *lib.* i.
Aceti vinoſi optimi *lib.* iv.

Digerantur per aliquod tempus; dein coquendo et commovendo, quantum fieri poſſit, ſolvatur lithargyrus, et continuetur coctio donec acetum ſyrupi ſpiſſitudinem habeat: Hoc effuſo eodem modo repeti poſſit operatio, ſi lithargyro ad fundum manenti novum pro portione apponatur acetum.

2. AQUA SATURNINA.

REC. Aceti lithargyritis *drachm.* ii.
Aquæ fontanæ *lib.* i. M.

Utilis eſt pro lotione--- ad intertriginem ſeu inflammationem externam *(phlegmon)*; in com-

componendis cataplasmatibus antiphlogisticis;--- pro collyrio, in quibusdam ophthalmiis; et pro injectione (nonnunquam sed cautè usurpanda) in stillicidiis.

3. * CAUSTICUM LUNARE, *Pharm. Lond.*

4 * LAPIS INFERNALIS, *Pharm. Lond.*

5. * MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER, *Pharm. Lond.*

6. LINTEUM PRÆPARATUM.

REC. Vitrioli Cærulei *drachm.* i.
Aquæ fontanæ *unc.* i. M.

Fiat solutio, cui immergatur linteum more solito carptum, ut de toto madefiat; seponatur super mundam tabulam donec aridum sit; dein servetur pro usu.

7. * TINCTURA MYRRHÆ et ALOES. *Pharm. Lond.*

8. * EM-

8. * EMPLASTRUM COMMUNE.

REC. Lithargyri *lib.* iii.
Ol. olivarum *lib.* vi. Miſce et coqu ut fiat emplaſtrum, s. a.

9 * EMPLASTRUM ADHÆSIVUM.

REC. Emplaſt. communis *lib.* ii.
Picis Burgundicæ *lib.* i.
Liquefiant ſimul ut fiat emplaſtrum.

10. * UNGUENTUM BASILICUM FLAVUM, *Pharm. Edin.*

11. * UNGUENTUM e LAPIDE CALAMINARI, *Pharm. Edin.*

12. * UNGUENTUM CEREUM.

REC. Olei Olivarum *lib.* i.
Ceræ flavæ *unc.* iv. M. s. a.

13. * UNGUENTUM e PRÆCIPITATO RUBRO.

REC. Unguenti baſilic. flav. *lib.* i.
Mercurii præcipitati rubri *drachm.* v.
Miſce s. a.

14. * UNGUENTUM MERCURIALE.

REC. Hydrargyri *lib.* i.
Sevi ovilli, vel bovilli, *lib.* i.
Axungiæ porcinæ *lib.* iii.
Miſce ſimul terendo in mortario ut fiat unguentum cæruleum, s. a:

15. UNGUENTUM SATURNINUM.

REC. Unguenti cerei *lib.* i.
Sacchari ſaturni *unc.* i. M. s. a.

16. * UNGUENTUM SULPHURATUM.

REC. Sulphuris triti *lib.* i.
Axungiæ porcinæ *lib.* ii. M. s. a.

F I N I S.